



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Iustitia Et Iure, Continens Tractatus De Prudentia, Fortitudine, &
temperantia, de Ieiunio, & Iustitia generaliter sumpta, de Iustitia
commutativa, nempe de Pactis, & Contractibus in genere, de Promissione,
& Donatione liberali, de Commodato, & Deposito, de Mutuo, & Vjura, de
Emptione, & ...

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

7. Qualiter probetur pretium censuario traditum esse, vel possit cogi tam
ipse quam eius successores ad annuam praestationem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76677)

quo nulla intercedit iniquitas. Falsumque existimamus pensionem non posse currere, nisi forte in potestate censuarii translata. Satis enim est quod ius fortis recipiende in ipsum translatum sit, & per hanc contrariis factis factum est.

3 Verum quia hic contractus ex praxi recepta celebrari non solet pecunia eredita, sed a tempore traditionis fortis incipit census pendere, ea de causa si emptor grauet venditorem solutionem fortis differendo, obligatur ex imposta pensione tantum diminueret quantum illud grauenam aestimabitur. Sicuti è contra si venditor grauet emptorem, ne pensio statim curet, sed post aliquod mensis, debet emptori diminutione fortis hoc grauenam compensari, sed quanti hæc aestimatur arbitrio prudentis iudicandum est. Etenim venditori aliquando dilatio fortis commoda esse potest, nunquam tamen emptori dilatio cursus pensionis.

§. VII.

Qualiter probetur pretium censuarii traditum esse, ut possit cogi tam ipse, quam eius successores ad annum pensionem?

- 1 Tripliciter fit huius probatio.
- 2 Tabellionis instrumento.
- 3 Item testibus.
- 4 Confessione censuarii legitime probatis, ut successores obligentur, affirmans nonnulli.
- 5 Contrarium est dicendum.
- 6 Quod verum est etiam si numerationi pecunia renuntiasset.
- 7 Adde cum iuramento.
- 8 Item etsi longo tempore soluisset, nisi prescriptio intercedat.

1 **T**riplici via traditum esse pretium probari potest. Prima instrumento tabellionis. Secunda testibus & coniecturis. Tertia confessione censuarii maxime iurata.

2 Quod verò Tabellionis instrumento afferentis pretium coram ipso, & testibus receptum esse sufficienter probetur nemini est dubium ob fidem maximam Tabellionis. cap. ad audientiam de prescript. Debet tamen Tabellio fidem præstare de pretio coram ipso recepto tempore quo fidem præstat, non enim præstare potest fidem de pretio antea dato & recepto coram ipso & testibus, quia fuit receptum coram ipso tanquam privato, non tanquam notario, & persona publica, cum non fuerit rogatus ut illius fidem præstaret. Sicuti bene resoluunt Bald. in leg. ex his verbis, numero 3. ad finem. Cod. de testamento militis. Felin. cap. si cautio, numero 69. Cod. de fide instrumenti. Petr. Suardus cons. 440. numero 9. Quare illa fides si præstaretur nullius esset momenti. Ut aduertunt Alexand. cons. 36. volum. 2. numero 6. Et cons. 147. numero 5. volum. 6. Bald. cons. 438. volum. 3. & alij passim. Insuper simul cum tabellione præstante fidem adesse debent testes veram pretij traditionem censuario factam agnoscentes. Nam licet in iudicialibus solus Notarius plenam fidem faciat ex Bart. in leg. emancipatione Cod. de fide instrumenti. & aliis comprobatur Maranta de ordine iudicario. 6. par. act. 10. numero 2. 3. at extrajudicialibus vti sunt contractus, testamenta, alique scripturæ ex partium conventionione simul cum notario testes necessario adesse debent. Ut bene Abbas cap. quoniam, numero 3. de probationibus. Ioseph Malfard. de probat. concl. 1100. numero 8.

Hinc fit tabellione testante in suo instrumento se vidisse coram se & testibus supra scriptis pecuniam à censuario esse receptam, testibus postmodum ad instantiam censuarii afferentibus censuarium etiam præsens fuerit nihil tale accepisse, compelli non posse censuarium ad census solutionem, quia testimonium Tabellionis negatione testium infirmatur, ut potè quod testium præsentia, & approbatione muniri debebat. Ut bene aduertit Auendaño, de censib. Hispan. cap. 44. numero 5.

3 Si vero de probando censu per testes loquamur nihil speciale dicendum occurrit, sed seruande sunt regulæ generales quæ in aliis prohibitionibus requiruntur. Quapropter requiruntur duo, vel tres testes contestes omni exceptione maiores, qui deponant non solum pretium esse solutum, sed esse solutum ex causa creandi censum. Sicuti ipse Auendaño, d. cap. 44. numero 8. Et seq. aduertit, ex coniecturis autem leuissima probatio huius pretij solutionis desumitur, quia suspicio fraudis quæ in hoc contractu præsumitur eam coniecturalem probationem diminuit.

4 Quod si de probatione per confessionem censuarii loquamur Petrus Salazar. de usu. Et consuetud. cap. 8. numero 45. vers. sed non paruum, censet legitimam esse probationem, ut ipse, eiusque hæredes ad solutionem census compellantur, interm dum non probauerint pecuniam verè receptam non fuisse, cuius sententiæ ea est ratio. Nam esto ad census Ferd. de Castro de Inst. & iure, Pars II.

constitutionem vera pretij traditio requiratur, neque censuarium possit sua voluntate censum constituere, sed interuenire debent conditiones à iure requisitæ; atramen eo ipso, quo censuarium cuius interest fatetur censum creatum esse cum omnibus conditionibus requisitis, censeri debet probatus in fauorem creditoris, quousque ipse censuarius, vel eius hæredes contrarium non probauerint. argum. cap. si cautio de fide instrumenti. leg. generaliter. Cod. de non numerata pecunia. leg. cum. de indebito. §. fin. de probationibus. in quibus habetur confessionem de recepto extra causam mutui ita præiudicare confidenti, & eius hæredibus, ut ex illa confessione obligati existant, dum non probauerint contrarium, quia per illam confessionem obligationem probationis creditoris in se suscepit. Sicuti probauit Bart. receptus in leg. stipularius, §. Chyfogonus, numero 3. ff. de verbis obligat. Tiraquel. plures referens de utroque retractu. §. 1. gloss. 18. numero 83. Et sequenti.

Vetius tamen est, & omnino tenendum ex sola confessione censuarii non probari sufficienter censum creatum esse, ac proinde compelli non posse ipsum, vel eius hæredes ad censum soluendum, sed obligatum esse creditorem alia via scilicet instrumento tabellionis, vel testibus pretio solutionem comprobare. Sicuti aliis relatis docuerunt Felician. de censib. lib. 1. cap. 8. numero 15, & 2. p. lib. 3. c. fin. numero 1. Gaipar Roderic. lib. 1. de annuis redditibus. qu. 13. numero 4. Ludouic. Velazq. de Auendaño, tract. de censib. Hispan. cap. 45. numero 8. Et seq. usque in finem. Fundamentum desumitur ex illa communi, receptaque doctrina quam tradit Glossa, Paul. Bart. & alij in leg. per diuersas. Cod. mandat. leg. si donatio. Cod. de donatione. nempe in prohibitis, & suspectis confessionem partium non esse legitimam partium probationem, quia confessio simulationi subiecta est. Ut bene aduertit Bald. in leg. rogatus. §. si tibi vers. extra. ff. si certum petatur. Et ibi Purpurat. numero 23. & colligitur ex leg. qui testamentum. ff. de probationibus. ibi Si Titius supra scripta ex ratione sua ad testatorem peruenisse probare poterit exigi. Videat ex eo quod ille plus capere non poterat in fraudem legis hoc in testamento adiecit. At solutio annuæ pensionis in cuius redemptionem fors accepta integre reddenda est suspensionem vltimarum non leuem habet, ideoque absolute prohibetur nisi seruatis quibusdam conditionibus. Ergo confessio partium nihil probat, sed confessione non obitante opponere exceptionem potest pecuniam non recepisse. A qua exceptione non excluditur, tamen si patrem fortis falsus fuerit, & voluit aliam partem impugare iuxta leg. 2. Cod. de non numerata pecunia. Ut aduertit Gaipar. Roderic. 1. de redditibus. qu. 13. numero 4.

Quod adeo verum est, ut esto censuarium simul cum confessione pretij recepti numerationi renuntiasset, non obinde censetur probatus contractus, quin potius maior simulationis suspicio inducatur. Nam esto in renuntiatione numerationis in contractu mutui probatum mutuum censetur in fauorem creditoris, siquidem ea renuntiatione posita attingitur debitor, si mutuum impugnet voluerit ad probandum pecuniam non recepisse. Ut bene Felin. cap. si cautio. numero 49. de fide instrumenti. Manuel Acolta. leg. si ex cautione. limit. §. n. 1. Et seq. Cod. de non numerata pecunia. Malfard. de probat. concl. 361. numero 21. Secus tamen est in contractu censuatio, eo quod constitui absque numeratione non possit. Ut bene aduertit Felician. 2. p. de censib. lib. 3. cap. ult. numero 5. vers. Et licet. Auendaño, tract. de censib. Hispan. cap. 45. numero 18.

Quinimò esto confessio de recepto, vel numerationis renuntiatio iurata sit, adhuc censeri non debet sufficienter pretium receptum esse. Qua enim facilitate motus fuit censuarium ad præstandam confessionem potuit moueri ad illam iurandam: Præterquam quod iuramentum in suspectis, & quibus ius quodammodo resistit nullius est efficacitatis. Ut docuit Purpurat. in leg. rogatus. §. si tibi. numero 39. ff. si certum petatur. Malfard. de probationibus. conclus. 931. numero 23. & pluribus relatis Roderic. lib. 3. de censib. q. 5. n. 40. Ex quo apparet dubiam esse doctrinam, quam post Bald. Salicet. & alios tradunt Felician. d. numero 5. Auendaño, n. 5. afferentes iuramentum de recepta pecunia iuranti oblatæ, ne possit contractum impugare.

Et quamuis Roderic. relatis Aymon & Burgos de Paz. lib. 1. de annuis redditibus. q. 13. numero 4. prope finem, censet si longo tempore censuarium pensionem soluit, nullaque fraudis coniectura appareat, confessionem de recepto legitimam esse probationem, quia non est præsumendus tanto tempore pensionem solutus, si fortiter non recepisset, imo etiam si aliquo tempore pensionem soluerit, non videtur opponere posse exceptionem numerationis. ex leg. cum fidelem. Cod. de non numerata pecunia: vbi hæc exceptio negatur ei qui post cautionem fortis vltimas soluit. Atramen seclusa legitima præscriptione vetius censet eam Auendaño, tract. de censib. Hispania, cap. 46. numero 21. non esse probationem sufficientem, ut creditorum releuet ab onere probandi



fortem tradidisse. Nam esto solutio pensioni adiuncta nonnullam presumptionem receptæ fortis ingerat, non est censenda ita efficax, vt onus probandi creditori competens in censuam transferat, quia nullo iure id cauetur.

Quod efficax procedit comparatione heredum, & successorum censuariorum, quibus ius apponendi exceptionem fortis non receptæ competit, à quo iure dimoueri non debent ob confessionem fortè simulatam censuariorum, & solutionem pensionis indebitæ. Vt resoluunt Mascard. de probat. concl. 361. numero 5. & 47. Felician. de censib. Hispanor. cap. 45. in fine. aduersus Franciscum Milanen. in decis. Regni Sicilia. decis. 6. num. 24. lib. 2. contrarium asserentem.

PUNCTVM XXIII.

Ex quibus rebus census constitui potest?

§. I.

An necessario constituendus sit in rebus immobilibus & fructiferis?

- 1 Necessario in specie bulla Pij V. in immobilibus & fructiferis constitui census debet.
- 2 Item affirmant plures in speculo iure communi.
- 3 Contrarium defendunt graues Doctores.
- 4 Quid tenendum.
- 5 Census super alium censum redimibilem constitui potest.
- 6 Item super iure pascendi &c.
- 7 Item super officia.
- 8 Item super furnis, columbariis &c.

IN specula bulla Pij V. certum est censum rebus immobilibus, aut quæ pro immobilibus habentur, quæque fructu ferax sunt niti debere; vt constat ex illis verbis. Nostra constitutio statuimus censum, seu annuum redditum creari, constituique nullo modo posse, nisi in re immobili aut qua pro immobili habeatur.

At attento iure communi grauis est controuersia an in bonis mobilibus constiui census possit. Negant Nauarr. comment. de vsu, num. 105. Philibartus. 2. p. sum lib. 5. cap. 17. Grafis. 1. p. lib. 2. c. 18. num. 2. Eman. Rodrig. in expos. motus Pij V. condit. 1. in princ. Vega, verbo census, casu 16. Molin. tract. 2. disputat. 389. Lopez, lib. 1. instruat. negociant. cap. 57. Gregor. Lopez, leg. 2. tit. 8. par. 5. verbo à censu. Gutier. lib. 2. pract. 7. 177. num. 7. Matienzo, leg. 1. gloss. 1. num. 4. tit. 15. lib. 5. noua collect. Aluar. Baz. de iure employent. q. 32. num. 10. & alij plures, quos refert, & sequitur Auendaño de censib. Hispania. cap. 48. 49. & specialiter. cap. 50. numero 12. Ratio est. De natura census est ius stabile, & firmum percipiendi pensionem ex re super qua constituitur, quod cum bonis mobilibus stare non potest, vt potè quæ neque stabilitatem habent, neque aliquem fructum ab eorum vsu distinctum.

Contrariam autem sententiam scilicet in rebus mobilibus constitui census posse docuerunt Socus, 6. de iustitia, q. 5. ar. 1. Anglis. q. de censib. ar. 1. Medina, quest. 1. de censib. Palacios 4. de contrat. cap. 6. Conrad. de contrat. q. 7. 4. & q. 8. conclus. 1. Salon plures referens, ar. 4. de censib. controu. 5. concl. 3. Bannes ibi dub. 1. Molin. disp. 389. Valen. disp. 5. 22. pun. 2. Felician. lib. 2. de censib. cap. 3. num. ult. & alij. Fundamentum est, quia census creatio est emptio iuris, & obligatio exigendi à censuario annuum redditum, at hæc obligatio censuariorum annecti potest, & secundario eius bonis. Ergo esse bona immobilia, aut infuctifera constitutioni census obesse non potest.

Ego verò dicendum existimo modum constituendi censum spectandum esse. Si enim censum crees super aliqua re, vt ex illa fructus percipias, siue dubio res ex sua natura immobilis, stabilis, perpetua, ac fructifera esse debet, quia debet esse nata pensionem in futurum procreare ipsa non pereunt, quod rebus immobilibus, vsuque consumptibilibus conuenire nequit. At si census non percipiendus ex re aliqua assignata, sed ex industria censuarij, eiusque bonis habitis vel habeandis creatur, quique census personalis dicitur, existimo ex bonis mobilibus creari posse non tanquam ex bonis ex quibus census taxatiue soluendus sit, sed tanquam ex bonis, ex quibus census soluitur, & cum aliunde solui non possit, sicuti quodlibet aliud debitum soluitur ex bonis hypothecatis & pignorat. Sic conciliat has oppositas sententias Ioann. de Salas, tractat. de censib. dub. 7. numero 7.

Hinc fit census super alium censum etiam redimibilem constitui posse. Nam cum superius dixerimus censum redimibilem inter immobilia reputari, & ex alia parte fructus hoc est pensiones gignat super illum census alius constitui

poterit. Vt pluribus resolut Felician. de censib. lib. 2. cap. 4. numero 32. & seqq. & 2. p. lib. 1. cap. 7. numero 3. Molin. tract. 2. disputat. 389. Valen. 2. 2. quest. 22. pun. 2. Salas. tract. de censib. dub. 7. numero 1. Auendaño tract. de censib. Hispania. cap. 50. num. 7. Obligatur autem censuariorum redemptio priori censui, cui demò designatus nitebant vel censum constitutum redimere, vel in locum eius alia bona hypothecæ constitutum admittere, vel in locum eius alia bona hypothecæ constitutum admittere, quia in hac obligatione censuariorum contrahentes ex consuetudine recepta conueniunt. Vt resolut Felician. d. 2. lib. 1. cap. 7. num. 3. Auendaño, d. cap. 54. in fine.

Secundò fit super ius pascendi, decimandi, piscandi, & similia, dummodo ex se perpetua sint censum realem constitui posse, quia inter immobilia ea iura computantur, & nata sunt fructus ferre ex quibus pensio soluitur. Vt pluribus tradit Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloss. 5. & 7. & §. 6. gloss. 1. numero 1. Auendaño, tractat. de censib. cap. 52. per totum.

Ob eandem rationem super officia perpetua, quæ perpetuos habeant fructus poterit creari realis census. Resoluit Follerius in practi censuali gloss. magna n. 42. & seq. Aluar. Valase. de iure employent. quest. 12. num. 6. Auendaño, tract. de censib. Hispania. cap. 5. num. 7. Salas, tract. de censib. dub. 7. num. 2.

Tercio fit super molendinis, furnis, columbariis, & aliis huius generis creari posse censum. Nam esse periculo subiacent verè solo adherent, & tempore contractus stabilitatem habent, & inter immobilia & ex se stabilitatem habentia computantur. Vt resolut Felician. lib. 2. de censib. num. 37. Auendaño de censib. cap. 5. numero 9. Sicut videtur dicendum de nauibus, hæc enim ex comuni sententia mobilibus, nullamque consistentiam, & perpetuitatem habentibus annumerantur. teste Tiraquello de retractu lignag. §. 1. gloss. 7. num. 87. & comprobatur Auendaño, tract. de censib. cap. 56. num. 9.

§. II.

An census super persona censuariorum, & super omnibus suis bonis generaliter lumpsum constitui possit?

- 1 Non potest, nisi sit aliqua res inspecto iure Pij V.
- 2 Idem tenent plures inspecto iure communi.
- 3 Sed contrarium est tenendum.
- 4 Sic constituitur census personalis est.

Amicus Felician. 2. p. de censib. lib. 1. c. 1. numero 1. & seqq. contendat etiam stante motu proprio Pij V. & vbi ipse receptus est censum constitui posse super sola persona censuariorum hypothece generali omnium bonorum abique vilius determinatione, aramen longè verius est necessarium esse requisitam ab eorum rei immobilis ex sua natura fructifera determinatæ designationem super qua census constituitur; eo quod Pontifex exigat ad census constitutionem, vt super re certis finibus designata creetur. At ex bonis generaliter hypothecatis nulla res certis finibus consignatur. Ergo stante bulla Pij V. non sufficit super omnia bona presentia, & futura censuariorum censum constituit. Sicuti resolut Nauarr. comment. de vsu, n. 113. Auendaño de censib. Hispania. cap. 57. n. 7. & 8. Molin. disp. 389. Lessus, lib. 2. cap. 21. dub. 12. Salas tract. de censib. dub. 7. num. 8. Gaspar Rojer. lib. 2. de red. ditib. q. 7. num. 13. Attamen te vnica vel pluribus specialiter designatis, quibus preteritis census peccat additio, & hypothece generalis omnium bonorum ad maiorem certus securitatem optimè prestari potest, neque à Pio V. impeditur. Sicuti aduertunt Gutier. lib. 2. pract. quest. 177. n. 3. Petrus de Salazar. de vsu, & consuetud. cap. 11. n. 22. Matienzo, leg. 1. gloss. 1. n. 5. & 6. tit. 15. lib. 1. compilat. Nauarr. Mol. Lessus, Salas loc. cit.

Difficilior controuersia est. An inspecto iure naturali & communi super solam personam censuariorum cum generali bonorum hypothece creari census possit? Negant Callianus in catalogo gloria mundi. par. 12. considerat. 98. fallent. 21. & in consuetud. Burgund. Rub. 11. §. 6. in princ. & cons. 63. numero 6. Redoan. de reb. Eccles. in Rub. de constitut. an censu, numero 41. Foller. in practi censuali. gloss. 1. numero 49. Pizaro in gloss. ad ordinationes de Guadalupe, verbo sumros. lgnar. de Lazare de decima vendit. cap. 10. num. 15. quos refert, & sequitur Auendaño, tract. de censib. Hispanor. cap. 57. num. 7. & seq. vsque in finem. Fundamentum est, quia nisi aliqua res determinata supponatur solutioni census non videtur posse censum creari. Nam census emptione creandus est, at emptio alicuius rei determinatæ esse debet. Ergo aliqua res determinata census supponenda est, vt emptio perficiatur. Neque obstat rem ipsam que censui supponitur non emittat enim est quod ematur ius ex eius fructibus percipiendi annuum pensio